Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

spiritu · me spiritu · Potest autem et hoc intelligi · quod etiam nec et semper
ipse tamquam ubique et ratio unicuique loquitur · in corde et de pie
tate doceat · et de iustitia suadeat · et de castitate · et de iudicio ·
et de omnibus simul uirtutibus prestet · sicut ipse dicit · oues mee uocem
meam audiunt · Quomodo autem audient sine predicante · In hoc magis
predicantium sermonem ipsum ostendit audire · in quibus secundum ea que
superius diximus ipse loqui et docere monstratur · Quomodo uero predicabunt · nisi
mittantur · Difficultas mihi in hoc sermone uidetur exurgere · si enim
ita intelligamus · quod propterea non predicent quia non mittantur · nullo autem
predicante non audient · non credentes autem inuocabunt · non inuocan
tes autem non saluabuntur · Colligit autem ex his ut causa qua non saluan
adimitur reiciat auctoris · quod non miserit predicantes · si magis ad illum
qui rectior est intelligentie tramite deflectam · Et quod dicit quomodo
uero predicabunt nisi mittantur · sic accipiam quasi dicat apostolus · Hospites
nes et predicatores · nobis non possum predicare · nec annunciandi ulla
uirtus subsisteret · nisi adesset nobis ipse qui misit · Quod si predicantibus nobis
audire non uultis · uia nam culpa est · Et si audientes non credatis · et non in
uocantes non inuocatis · salui esse nequitis · Quia quos missi sum ad predi
cationem · idcirco de his quos missi sum ab ipso sic scriptum est · quam speciosi
pedes euangelizantium pacem · euangelizantium bona · Illi decori sunt · et spe
ciosi pedes · qui pambulant puriam uitae · secundum illud quod dicit
ego sum uia · Intelligite decoros et speciosos euangelizantium pedes
quibus et cursum cucurrisse dicit · et sic currere ut apprehendatis · ui
gor uitae · quod tenditur et appetitur a doctis · Gratifice autem pedes istos esse
firmabunt · quos ipse discipulis lauat · et unico quod pecunie esse iugiter; quia
uis hoc ipsum quod dicit euangelizare interpretatur bona annunciare ·
Tam bona intelligitur quam annunciant apostoli sancta trinitas · idest
pater et filius et spiritus sanctus · Hoc enim quod annunciant euangelistae secundum
preceptum domini dicentis · Ite docete omnes gentes baptizantes eos
in nomine patris et filii et spiritus sancti · Si non omnes obediunt euangelio ·
Neque omnes ex gentibus euangelio crediderit · neque omnes existit · plures
tamen et multo plures ex gentibus quam existit · Ysaias uero dicit · o ne
quis crediderit auditui nostro · Quis pro dictum est · uidetur tamen ysaias
hec ex persona apostolica apparere · quibus creditum fuerat predicationis
officium · et ipsi etiam tarnane credentium percipue · de populo israel uidetur

nobis

iam

pedes quos pace uiam merentur intendere · sicut sunt pedes

86